



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XLVIII. Vt post baptisma chrisma detur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

nec ea contingere, quæ virorum officiis deputata sunt. ANNO CHRISTI

XLV.

De confe.
distinct. 4.
Baptizan.
opor.

Quod non oporteat ad baptisma quemquam post duas quadragesimæ hebdomadas admitti.

XLVI.

Quod oporteat eos qui ad baptisma veniunt, fidem discere, & quinta feria septimanæ maioris Episcopo aut presbyteris reddere.

XLVII.

Quod oporteat eos qui in ægritudine percipiunt baptisma, postquam conualuerint, fidem perdiscere, & scire cuius muneris participes facti sint.

XLVIII.

Quod oporteat eos qui baptizantur, post laucrum chrisma Ecclesiæ accipere, & regni Christi participes inueniri.

XLIX.

De confe.
dist. 3. Non
opor. ini.

Quod non oporteat in quadragesima panem benedictum offerri, nisi in Sabbato & Dominica.

L.

Quod non oporteat in quadragesima, in vltimæ septimanæ quinta feria ieiunium soluere, totamque quadragesimam sine veneratione transire; magisque conueniat omnem quadragesimam districto venerari ieiunio.

L I.

33. quest. 4.
Non licet
in 40.
Sed non
sub nomine
Concilii
Laodiceni,
sed Martini
Papæ.

Quod non oporteat in quadragesima martyrum natalitia celebrari, sed eorum sancta commemoratio in diebus Sabbatorum & Dominicarum fieri conueniat.